

ibidem fol. 11

Pluto filius Saturni dictus est ab antiquis inferiorum et tenebrarum et animarum de corpore decedentium deus ... Erat ergo imago eius homo terribilis in solio sulphureo sedens sceptrumque regium manutenens ... de throno sulphureo quattuor flumina manabant, que Letheum, Cocytum, Phlegetontem et Acherontem dixerunt; Stygem autem paludem iuxta ista flumina assignabant. Iuxta Plutonium vero regina inferni Proserpina sedebat, que cum facie⁴¹⁾ terribili Plutoni coniugi assistebat.

Primus fluuius infernus, qui vocatus Letheus, interpretatur obliuio. Cochitus luctus interpretatur, Flegeton ardens, Acheron sine gaudio vel salute ... Cochitus quoque ... dicitur luctuosus.

Proserpina⁴¹⁾: que est regina inferni sedens cum facie terribili, coniunx Plutonis, dei inferiorum et tenebrarum ac animarum de corpore decedentium; et dicitur fuisse filius Saturni; et depingitur in facie hominis terribilis sedens in solio sulphureo sceptrum⁴²⁾ regium manutenens; de cuius solio quattuor flumina penalia manant, que⁴³⁾ Lechetum, Flegetontem, Cochitum et Acherontem dicebant.

Primus interpretatur luctus, secundus ardens, tercius sine gaudio vel salute et quartus etiam vocatur luctuosus; et prope hec flumina Stigem ponunt inferni fluuium, in quo anime defunctorum cruciantur⁴⁵⁾.

Terra⁴⁶⁾: que mater est omnium, quia omnes genuit; unde Iob: nudum me⁴⁷⁾ huc intrantem terra protulit, nudum me hinc exeuntem terra recipiet⁴⁸⁾; et est argumentum ex condicione rerum.

De Ioue et eius figura c. 2 fol. 3

fol. 77

Jupiter⁴⁹⁾: id est ether. Item Jupiter dicitur quasi iuuant pater sanguinee complexionis; per

⁴¹⁾ Hist. de prel. e 1^v Sp. 2 Z. 9.

⁴²⁾ Hs.: *septrum*.

⁴³⁾ Hs.: *que*, danach 1 Buchst. getilgt.

⁴⁴⁾ Druck: *facis*.

⁴⁵⁾ Die Schilderung der Unterwelt hat Dietrich gern metaphorisch verwandt, vgl. etwa Chronik, Mulder S. 9 ff. u. De Schismate I c. 46 u. II c. 21.

⁴⁶⁾ Hist. de prel. e 1^v Sp. 2 Z. 35.

⁴⁷⁾ Hs.: *ne*.

⁴⁸⁾ Gemeint ist wohl Hiob 1, 21.

⁴⁹⁾ Die folgenden Scholien gehören zu dem Götterverzeichnis Hist. de prel. e 2 Sp. 1 Z. 25 ff.